UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione Dilvcidatvs

Tollenaer, Jean de

Antverpiæ, 1635

Ecclesiastes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68633

Visual Library

tiùs ignorantiam, quàm veri nominis ſcientiam, illi concedam.

Interim non poſſum, quin ex hac non minùs rerum humanarum, quàm ſcientiarum vanitate, fructum aliquem decerpam, quem è ſimili tractatione percepit Seneca, qui ſic ad Lucilium, Quæris, inquit, mi Lucili, quid de iſtis capiam quæ modò tractauimus, remotis à reformatione morum? Quid ex iſtis traham, quod cupiditates meas comprimat? Vel hoc ipſum, quòd omnia iſta, quæ ſenſibus ſeruiunt, quæ nos accendunt & irritant, negat Plato ex iis eſſe quæ verè ſint. Igitur iſta imaginaria ſunt, & ad tempus faciem aliquam ferunt: nihil horum ſtabile nec ſolidum eſt; & nos tamen cupimus, tamquam aut ſemper futura, aut ſemper habituri. Mittamus animum ad ea quæ æterna ſunt, illa deſpicatui habentes quæ fluxa & caduca ſunt, quæque, vt mox docet Eccleſiaſtes, nihil nouum, nihil admiratione, nihil pretio dignum continent.

Res humanæ vt fluxæ contemnendæ.

Seneca Epiſt. 58.

SECTIO QVARTA.

ECCLESIASTES.

VERS. 9. Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt.

10. Nihil ſub Sole nouum, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt: iam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos.

METRI-